



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati
Caesarei, Pars Lyrica**

Gibbes, James Alban

Romae, 1668

Imprimatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13378

In primatur,
Si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

M. Episc. Ariminien. Vicesg.

APPROBATIO CENSORIS.

Poësin hanc lyricam Cl. V. Iacobi Albani Ghibbesij, iussu Reuerendiss. Patris, S. P. A. Magistri, accurate percurri; agnouique usque adeh emendatè Poëtam cecinisse, ut si mores, si pietatem species, nihil seuiori reliquerit supercelio vindicandum, nihil fuderit, quod premere censorius unguis possit. In carmine vero, quod mitore, quod cultu, quid hoc ingenio styloque limatius? Dices profectò aut ab eius calamo munditas fluxisse Musarum omnes, aut informasse lyram Stesichori lusciniam, aut quid grandius insurasse auribus apes Pinzaricas. Certe Horatianis modis ac elegantijs tam propè accedit, ut rem ad lancem si reuoces, facile tibi persuaseris, Horatium fuisse superiorum temporū Ghibbesium; Ghibbesium nostri huiuscē aui Horatium. Quod citharis accidit, si respiciant se se mutud, ut uno eodemque concentu altera alteri assonet; id sanè de Venufina & Ghibbesiana verius dices. Fides respondent fidibus, metra metris, numeris numeri: par utrique gracia, venustas, granditas. Sed hac præstantium ingeniorum iudicia luculentius comprobauerint. Interim per celebri huic Musæ augusta inuicti Cæsaris munificencia laureatae plausus atquè amores omnium intimè granulor. Romæ, in ædib. nostris Quirinalibus, III. Idus Septembr. M. DC. LXVII.

D. Ioseph Silos C. R.

In primatur,
Fr. Hyacinthus Libellus Sacri P. Apost. Magister.
IAC.